Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Plus isto duri si precor oris ero; **Ad maximū**

Maxime qui tanti mensurā nominis imples.
Et geminas animi nobilitate genus.
Q(ui) nasci ut posses. quāuis cecidere trecenti. (fabii)
Non omnes fabios abstulit una dies.
Forsitan hec a quo mittat(ur) epistola queris.
Quis q(ue) loquar tecum certior ēē uelis.
Ei michi q(ui)d faciā. uereor ne nomine lecto.
Durus. & aduersa cetera mente legas.
Viderit hec si quis. tibi me scripsisse fateri.
Atq(ue) modum pene notificare mee.
Viderit. audebo tibi me scripsisse fateri.
Audeo & p(ro)prius ingemuisse malis.
Qui cū me pena dignū grauiore fuisse.
Confitear. possum uix grauiora pati.
Hostib(us) in mediis interq(ue) pericula uersor.
Tamquā cum patria pax sit adempta m(ich)i.
Q(ui) mortis seuo geminent ut uulnere causas.
Omnia uipereo spicula felle linunt.
His eques instructus plenaa menia lustrat.
More lupi clausas circueuntis oues.
At semel intentus neruo leuis arcus equino.
Vincula semp(er) habens. inresoluta manet.
Tecta rigent fixis ueluti uallata sagittis. — cumulata in modū uallis
Porta uix firma summouet arma sera.
Adde loci faciē. nec fronde nec arbore tecti.
Et quod hiemps hiemi continuatur iners.
Hic me pugnantē cum frigore cūq(ue) sagittis.
Cumq(ue) meo fato. q(ua)rta fatigat hiemps.
Fine caret lacrime. nisi cū stupor obstitit illis.
Et similis morti pectora torpor habet.
Felicē niobe quāuis tot funera uidit.
Que posuit sensū. saxea facta malis.
Vos quoq(ue) felices quar(um) clamantia fratrē.
Cortice uelauit populus ora noua.
Ille ego sum lignū qui n(on) admittor in ullū.
Ille ego sum frustra qui lapis esse uelim.
Ipsa medusa oculis ueniat licet obuia n(ost)ris.
Amittet uires ipsa medusa suas.
Viuim(us) ut numquā sensu careamus amaro.

q(uo)d tantū manliū n(on) abstulit. cum ēēt illo tempe(re) puer

Vegetes: l(ite)r ut q(ui)dā uolu(n)t. curetes inuaser(unt) romanos quos trecenti fabii secuti s(un)t. curetes aūt in ualle posuer(unt) insidias pauci pa(r)a(m) remanētes. ad q(uo)s cū uenisset fabii (et) sparsent se eos interfecturos. egressi s(un)t de insidiis alii (et) om(ne)s interfecer(unt).

Niobe. p(re)tulit se latone q(ue) fuit mat(er) phebi (et) diane. un(de) irat(us) phebus interfec(it) septē filios (et) septē filias eius (et) ip(s)am mutauit in lapidē (et) hoc dic(it). Sorores phetontis dic(it). q(ue) ob hoc q(uo)d interiit frat(er) ear(um) pheton p(re) dolore mutate in populeas arbores s(un)t.